

H-15981/3

1648

OS D. DIDACVS DE CASTEION ET
Enseign. Cat. à l'Acad.

Fonseca, olim Gubernator Archiepiscopatus Tolletanum, pro admodum Serenissimo Domino D. Ferdinando ab Austria, Cardinali Infanti Hispaniarum, & Archiepiscopo Primato dictæ Dioecesis, Præses, Supremi Senatus Castellæ, & nūc Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Tirasonen. &c. Iudexque ac Conseruator Apostolicus, omniumque iurium Priuilegiorum exemptionū rerum, & bonorum Abbatis, & Conuentus Incliti Monasterij Sancti Ioannis de Pinna, Ordinis Sancti Benedicti Iacen. Dicecēsis, vna cum aliis in hac parte Collegis, cum illa clausula quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, &c. A sancta Sede Apostolica specialiter nominatus, & deputatus, vigore quarundam litterarum Apostoliarum Domini nostri Urbani Octavi Papæ felicis recordationis quarum tenor talis est. Marius Theodulus Protonotarius Apostolicus, utriusque signaturæ sanctissimi Domini nostri Papæ referendarius, & curiæ caesarū Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius sententiarum quoque, & censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, ac litterarum Apostolicarum, quarumcumque vniuersales, & merus executur, ab eodem sanctissimo Domino nostro Papa specialiter electus, & deputatus. Vniuersis, & singulis Reuerend. Domin. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Canoniciis, Can-



2

toribus, Thesauraris, Sacristis, Parochialiumque Ecclesiarum, Rectori-
bus, earumque Plebanis, Vice Plebanis, Capellanis, Curatis, cæteris-
que Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabelionibus publicis quibus-
cumque, illisque salutem in Domino. Noueritis eoram nobis compa-
ritum pro parte, & ad instantiam RR. DD. Abbatis, & Monacorum
Regalis Monasterij Sancti Ioannis de Pinna Ordinis Sancti Benedicti in
Regno Aragoniaæ nullius Dicecessis, seu Iacen. Dicecessis paincipaliū exhi-
bitaque fuisse litteras Apostolicas tenoris sequentis videlicet. Grego-
rius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Proui-
sionis nostræ debet præuenire subſidio, ut ius suum cuilibet conserueretur.
Hinc est, quod nos tenorem quarundam litterarum fœlicis recordatio-
nis Eugenij Papæ Quarti prædecessoris nostri, in registro ipsius præde-
cessoris repertum pro eo, quod sicut exhibita nobis nuper pro parte di-
lectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij Sancti Ioannis de
Pinna Romanæ Ecclesiæ, in mediatè subiecti Ordinis Sancti Benedicti
Iacen. Dicecessis petitio continebat, ipsi tenore prædicto, ex certis causis
se afferunt indigere de registro, ipsius prædecessoris de verbo ad verbū
transcribi, & ad ipsorum Abbatis, & Conuentus supplicationis instantiam
præsentibus annotari fecimus, qui talis est. Eugenius Episcopus seruus
seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Illerden, ac Tirasonen. Episco-
pis, ac dilecto filio Abbatij Monasterij Montis Aragonum, Oscen. Dice-
cessis salutem, & Apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesiæ, licet
immeriti disponente Deo, Præsidentes, circa Curam Ecclesiarum, & Mo-
nasterium, omni solertia redditimur indefatigati, ut iuxta debitū Pa-
storialis Officij eorum occurramus dispendiis, & profectibus diuina coo-
perante elementia salubriter interdamus, sane dilectorum filiorū Abba-
tis, & Conuentus Monasterij Sancti Ioannis de Pinna Romanæ Ecclesiæ
in mediatè subiecti Ordinis Sancti Benedicti Iacen. Dicecessis cōquæſtio-
ne percepimus, quod non nulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesi-
rum Praefati, & Clerici, ac Ecclesiasticae personæ, tam Religiose, quam Se-
culares. Nec non Duces, Marchiones, Comites, Varones, Nobiles, &
& Milites, & Laici, Communia Ciuitatum, Vniuersitates, oppidorum, ca-
strorum, villarum, & aliorum locorum, ac aliæ singulares personæ, Ciui-
tat. & Dicecessum, ac aliarum partium diuersarum occuparunt, & occu-
pari fecerunt, Castra, Villas, & alia loca, terras, demos, possessiones, iura,
& iurisdictiones. Nec non fructus, census, redditus, & prouentus diuini Mo-
nasterij, & non nulla alia bona, mobilia, & immobilia, spiritualia, & tem-
poralia ad Abbatem, & Conuentum, ac Monasterium prædicta spectan-
tia, & ea detinent indebet occupata, seu ea detinentibus præstant auxi-
lium, consilium, vel fauorem. Nonnulli, & Ciuitat. & Dicec. & partium
prædictarum, qui nomen domini in vanum recipere non formidant, &
eisdem Abbatij, & Conuentui super prædictis, Castris, Villis, & locis, aliis
terræ, dominibusque possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus,
censibus, redditibus, & prouentibus eorundem, & quibuscumque aliis
bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, ac aliis
rebus ad Abbatem, Conuentum, & Monasterium huiusmodi expectanti-
bus

His multiplices molestias, ac iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti
 Abbas, & Conuentus nobis humiliter supplicarunt, ut cum eisdem valde
 reddatur difficile pro singulis quarellis, ad Apostolicam Sedem habere
 recursum prouideri ipsi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos
 igitur aduersus occupatores, detentores, presumptores, molestatores, &
 iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem Abbatii, & Conuentui, re-
 medio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis adi-
 tutis comitendi similia precludatur. Discretioni vestrae per Apostolica
 scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel
 aliam, seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis, conserua-
 tores, & iudices praedictum Abbatii, & Conuentui efficacis defensionis
 praesidio assistentes non permitatis eosdem super his, & quibuslibet aliis
 bonis, & iuribus ad Abbatem & Conuentum, ac Monasterium huiusmo-
 di expectantibus, ab eisdem, & quibuslibet aliis indebet molestari, vel
 eis grauamen, seu damnum, vel iniurias irrogari, facturi dictis Abbatii, &
 Conuentui cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueri-
 tis requisiti de praedictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione
 huiusmodi Castrorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum, iurisdictionum,
 iurium, & bonorum, mobilium, & immobiliū, reddituum quo-
 que, & prouentuum, & aliorum quorundamque bonorum, nec non de qui-
 buscūque molestiis, iniuriis, atque damnis praesentibus, & futuris in illis
 videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem sumariæ & de plano, si-
 ne strepitū, & figura iudicij in aliis vero, pro ut qualitas eorum exegerit
 iustitiae complementum occupatores, seu detentores, presumptores, mo-
 lestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet,
 & rebelles cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis exte-
 rint quandocumque, & quotiescumque expedierit auctoritate nostra per
 censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Inuoca-
 to ad hoc si opus fuerit auxilio brachi secularis, non obstantibus tam fœ-
 licis recordationis Bonifacij Papæ Octavi praedecessoris nostri, in quibus
 cauetur ne aliquis extra suam Ciuitatem, & Dioc. nisi incertis exceptis
 casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine suæ Dioc. ad iuditium euocar-
 tur, seu ne iudices, & conseruatores à Sede deputati praedict. extra Ci-
 uitatem, & Dioc. in quibus deputati fuerit contra quoscumque proce-
 dere, siue alij, vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra vnam die-
 tam à fine suæ Dioc. eorundem trahere praesumant, dummodo tamē ul-
 tra duas dietas aliquis auctoritate praesentium non trahatur, seu quod
 de aliis, quam de manifestis iniuriis, & violentiis, ac allis, quæ iudicialem
 requirunt indaginem penis in eos si securus egerint, & in id procurantes
 se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus à
 praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delega-
 tis, & conseruatoribus, quam de personis, ultra certum numerum ad iudi-
 tum non vocandis, aut aliis æditis, quæ vestrae possint in ac parte iurisdi-
 ctioni, aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obiare. Seu
 si aliquibus communiter, vel diuissim à praedicta sit sedc indultum, quod

ex-

sib

excommunicari suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iuditium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expresam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis locis ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam præsentibus non expresam, vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus, & authoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, & per alium inchoatum, seu incepsum quamvis idem inchoans nullo fuerit Canonico impedimento præpeditus, quodque à datt. præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmisis omnibus, & eorum singulis cæptis, & non cæptis præsentibus, & futuris, potestas, & iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate positis in præmisis omnibus cæptis, & non cæptis præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram nobis cæpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetua legitime exitissent, constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium ædita non obstantibus præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimoquarto, septimo idus Maij, Pontificatus nostri anno quartodecimo. Ceterum ut earundem litterarum tenor prædictus sit insertus omnimodam rei, aut facti certitudinem faciat authoritate Apostolica decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eundemque vigorrem, dictus tenor per omnia habeat quæ haberent littere originales supra dictæ, & eadem prorsus ipsi tenori fides adhibeat quæ documque, & vbiunque, siue in iudicio, siue alibi ubi fuerit exhibitus, & ostensus, & eidem stetur firmiter in omnibus sicuti eisdem litteris originalibus statuerit si forent exhibitæ, & ostensæ. Per hoc autem nullum ius de novo cuiquam acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostri decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare prælumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datt. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimotertio, quinto Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno secundo. Cupientesque sibi instantes cum litteræ prædictæ debitè executioni demandentur, idcirco de oportuno iuris remedio debitè requisiti vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium commitimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, strictè preceptiendo mandamus quatenus statim visis, & receptis præsentibus moneatis, & requiratis prout nos requirimus, & monemus omnes, & singulos in executione præsentium nominan, & cognominan, quatenus infra sex die.

dierum spatum à die monitionis huiusmodi per vos eisdem facti im-
mediate sequen. quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo,
& reliquos duos dies pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac Cano-
nica monitione asignamus, & vos asignetis eisdem, sub mille ducatorum
auri Cameræ Apostolicæ aplican. & pro illis mandati executiū, & in iu-
ris subsidiū excommunicationis aliisq; penitētē debet, & quilibet eorū præ-
infertas litteras Apostolicas, ac omnia, & singula, prout in eis continetur,
& habetur obseruasse, attēdisse, & ad impleuisse, & pro verō, & reali exe-
cutionis huiusmodi effectū ab omnibus, & quibuscumq; molestationibus,
vexationibus, perturbationibus, & impedimentis quibuscumque certa-
se, receisse, destitisse, & abstinuisse, nullumque omnino damnum, siue
molestium intulisse, sibique perpetuum silentium impoisse, & mandatū
de obseruan. & aliud quodcumque desuper necessarium, & oportunum
decerni, concedi, & relaxari iusque, & iustitiam fieri, & administrari, at-
que omne ius, omneque remedium DD. instantibus utilius, & expedi-
tius deduci beneficiūque iuris, & nobile officium iudicis implorari præ-
misaque, & alia omnia Apostoli ca, seu alias omni meliori modo fieri, &
intentioni vidisse, & audiuisse deducentesque omnes. Alioquin prædi-
ctos sic monitos, & in præmisis se fore grauatos senserint modo, & forma
præmisis citetis, & citari curetis prout nos tenore præsentium citamus,
& citari mandamus eisdem quatenus se fagesima die post præsentiu executionem si dies ipsa iuridica fuerit sui, aut die prima iuridica, ex tunc
proxima, & immediate sequenti comparere Romę in iudicio ligitimè co-
rā nobis, siue nostro infrascripto in cūilibus litem per se, & procurato-
rem, seu procuratores suos idoneos præsenti grauaminis causam allega-
turi, aliaque dicturi, facturi, & receptu ri, prout iustitia suadeuit, & ordo
dictauerit rationis certificantes eisdem sic citatos, & monitos, quod siue
in dicto citationis termino ut præmisum est comparere, siue nō nos nihilo-
minus, vel huiusmodi nostri predictus, ad huiusmodi cause, & earū ex-
peditiones, nec non ad omnes, & singulos actus, & terminos iudiciarios,
vsque ad sententiam diffinitiuam inclusuē, alia grauiori iuris remedia,
etiam lité nō contestata procedemus, seu procedetur iustitia mediāte vi
delicēt. Citatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstante, &
insuper inhibeatis pro ut nos inhibemus omnibus, & singulis Dominis iu-
dicibus præsentibus, Comissariis, subdelegatis, omnibusque aliis, & sin-
gulis in executione præsentium nominan. & cognomin. ne sub eisdem
tententiis, censuris, & penitētē audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis
audeat, seu præsumat dictos instantes in partibus, nec alibi præterquam
coram nobis, & in tribunalī nostro, & per acta infrascripti nostri Notarij
contra formam, & tenorem præinfatarum litterarum Apostolicarū mo-
lestare, vexare, inquietare, perturbare, & impedire quovis pretextu que-
fito colore, titulo, causa, vel ingenio, quod si securus factum fuerit, id totum
reueocare, & in pristinum statum reducere curauimus, absolutionem ve-
rō omnium, & singulorum præmissorum nobis, vel superiori nostro tan-
tummodo reseruamus in quorum omnium, & singulorum fidem, &c. Datt.

Ro-

Rotinæ ex edibüs nostris anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio iudicione vnde cima, die vero decima sexta Februarij, Pontificatus anni sanctissimi in Christo Patis, & D.N.D. Vibani divina prouidentia Papæ Octavi, anno eius vigesimo. Admodum Reuerendis Priori Beatae Mariae de Pilari Ordinis Canonorum Regularium Sancti Augustini, Priori Sanctæ Christiræ, & Archidiacono de Belchite, Cæsar Augusta, & Præposito, ac Cappellano Maiori Oscen. & Decano, Cantori, Sacristæ, Archidiaconis de la Camara, Laures, Anso, & Gorga, operario, & Cappellano Maiori Iacen. Ecclesiarum, & Rectori Beatae Mariæ Mercedis Redemptionis Captiuorum Oscen. Ciuitatis, & Commendatori Sanctæ Mariæ Mercedis Redemptionis Captiuorum Villæ de Sanguesa Dioecesis Pampilonen. & cuilibet vestrum insolidum salutem, & dilectionem; ac debitam in præmisis diligentiam adhibere pro parte Illustris & Reuerendorum Dominorum Abbatis, Prioris, Claustris, Monachorum, Capituli, & Conuentus Monasterij Sancti Ioannis de Pinna, Ordinis Sancti Benedicti, vigore præinsertarum litterarum Apostolicarum fuisse, debita cum instatia supplicati, ut defensioni eorum efficaciter assidentes non permittamus ipsos contra priuilegiorum suorum tenores indebet molestari, nec per aliquem bona, & iura, & redditus ipsorum contra eorum voluntates detineri. Quinimo aduersus molestatores, & bonorum reddituum, & iurium suorum huiusmodi inhaesores, & alias quomodolibet detentores per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia procedere dignaremur, iuxta facultatem, & potestatem per dictas litteras nobis traditam, & concesam. Nos igitur D. Didacus de Castejon & Fonseca, Episcopus Tironen. iudexque, ac conservator prædictus, cum ad dicti mandati Apostolici nobis directi executionem faciendam procedere, & defensionem ipsorum, Abbatis, & Conuentus assumere ad præsens nequeamus. Pluribus aliis in præfato nostro Episcopatu arduis negotijs impediti, authoritate Apostolica nobis in hac parte cõmissa, vobis supradictis, & cuilibet vestrum insolidum, de quorum legalitate industria, & prouidentia plene in domino gerimus fiduciam vices auctoritatem, & potestatem nobis præinsertarum litterarum Apostolicarum vigore quomodolibet concessas, tradditas, & attributas plenariae duximus commitendas, & tenore præsentium commitimus, & totaliter subdelegamus donec eas ad nos duxerimus reuocandas ita, & realiter, ut non permitatis, nec aliquis vestrum permitat eosdem indebet molestari, nec aliquid de bonis, iuribus, & redditibus suis, vel alicuius eorum quomodolibet censueritis detineri facientis ipsis, & eorum cuilibet de sibi iniurijs molestationibus, & grauaminibus illatis, seu quomodolibet inferendis contra tenorem priuilegiorum suorum, in illis que iudiciale requirunt indaginem per viam iudicij, in aliis vero prout qualitas eorum exegerit, iustitiae complementum, iuxta, & secundum tenorem præinsertarum litterarum Apostolicarum, de quibus quidem litteris Apostolicis originaliter in suis primis figuris nobis exitit facta fides, ac vos omnes, & singulos supradictos, & vestrum quemlibet in omnibus præmisis in iudices, &

sub

7

sub conservatores dictorum Dominorum Abbatis, & Conuentus præfa-
tus, & cuiuslibet eorum loco nostri deputamus, ac deputauimus præsen-
tium per tenorem. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimo-
nium præmissorum, has nostras subdelegatorias litteras manu nostra fir-
matas, sigilloque nostro impenden. munitas, & per Notarium infracrip-
tum Secretarium nostrum referendas fieri, & expediri iussimus. Datt.
in Villa de Agreda nostræ Dicecessis, die sexta, mensis Martij, anno Domini
millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo. D. Didacus Episco-
pus Tirasonen. Mandato Illustrissimi Domini mei Episcopi Pruden-
tius Ruiz de Pereda, Notarius.